

ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



# CHARTREUSE d'EISENACH

→ Sainte-Elisabeth ←

( PROVINCE D'ALLEMAGNE INFÉRIEURE )

---

*Notice historique.*

---

*Ex Codicibus Ven. Patris Domni Palemonis BASTIN*





5  
II bis  
page II Au nom de Dieu, Amen. Tout étant de courte durée en ce monde, et comme on ne peut se souvenir éternellement des choses qui passent, il est nécessaire que l'on consigne par écrit celles qui concernent plus particulièrement le service du Très Haut, que l'on fasse approuver ces lettres par des témoins, et qu'on y <sup>en</sup>garantisse l'authenticité en y appendant des sceaux, Nous Frédéric Parthazar et Guillaume, par la grâce de Dieu Landgrave de Doringen et Margrave de Missen reconnaissons en ces nos héritiers et successeurs et faisons savoir à tous ceux qui verront expressement, que voulant honorer Dieu tout puissant, la Vierge Marie, et tous les saints, voulant secourir les âmes de nos ancêtres et de nos successeurs, et déclarant nous approuvant et exhortant les frères de l'Ordre des Ch<sup>x</sup> à élever un couvent près de notre ville d'Eisenach près de la Porte de Notre Dame, pour y servir au Lord Perpétuel jour et nuit, et leur assignons à cet effet la ferme sise près du Krimmelbach (Rivière de la Krimmel), que nous leur accordons, en l'affranchissant pour toujours. Comme faveur spéciale, nous leur donnons aussi la ferme située dans la ville d'Eisenach près de la Porte Notre Dame, qu'ils pourront garder libre et affranchie tant qu'ils en auront besoin. Nous voulons qu'ils <sup>aient en partage</sup> partagent avec les autres Couvents de notre ville, les pâturages et autres biens communs. Ils sont autorisés, comme les autres, à faire paître leurs troupeaux dans nos forêts et pâturages, pourvu que cela arrive sans ~~notre~~ préjudice de notre part. Nous voulons en outre qu'ils et leurs biens soient affranchis de tout impôt, services & autre charge quel que soit. Nous <sup>Defendons</sup> ordonnons aussi à tous nos baillis, baillis, avoyers, conseillers et à tous ceux qui sont à notre service de troubler en quelque manière

Bruder Heinrich Prior und der ganze Convent des Hauses S. Salvatoris bei Erford vom Kartusenorden bekennen, daß sie ein neues Kloster zu Ehren der Heil. Jungfrau Maria, S. Johannes des Täufers, und der Heil. Elisabeth, bei Eisenach — zu gründen und 6 Personen von ihrem Kloster dahin zu verpflanzen bepflegen haben, nachdem der Kardinalpriester P. Leo

les Chartreux et les leurs dans leurs usages intérieurs  
et extérieurs, & de ne point blamer leurs droits & libertés,  
sous peine d'en courir votre disgrâce. Pour leur donner  
des fermages tels et autres biens cités plus haut, & vouloir  
qu'ils soient libres & franchises de pouvoir votre pouvoir  
& attestation ces concessions avec les présentes lettres  
auxquelles nous avons appendu notre sceau ducal.

Out été témoins le noble seigneur:  
Frederic de Schonenberg, seigneur de Gluchow.  
Comrad de Farnrodol.  
Johannes de Eckerspergk, doyen a Rumberg, notre seigneur  
Henri de Lancha  
Henri de Maltitz  
Henri de Gurgold  
Reinhard Rost (chevalier)  
Donné le mercredi après la St Maurice le 16 Sept. 1380

Page III arbas:

Fr. Henri Prior et le couvent S. Salvatoris O. Cartus  
à Erfurt, se comproment qu'ils ont résolu de transpla-  
ter un nouveau couvent à Eisenach en l'honneur  
et d'y envoyer le religieux de leur monastère, après  
en avoir reçu l'autorisation du Cardinal Pileus, au  
nom du Pape Urbain VI.

Pour la construction et l'arrangement de la nouvelle  
chartreuse ils donnent:

1. 84 Groschen (gros) pour la construction à faire  
en dehors de la ville.
2. 90 Marks d'argent à payer le dimanche Rémis  
3. 2 Calices, 2 Antiphonaires, 2 graduels & brucens
4. Pour la rente des religieux, ainsi 46 Marks rente annuelle  
à payer par les membres de l'ordre tantouign.
5. La moitié des revenus de biens à Grefentoune
6. Les ustensiles nécessaires.
7. 30 Mesures de seigle 12 d'avoine et 2 tonneaux vin  
ou d'ait préposé au couvent le plus tôt possible un  
Prieur ou Rector, qui leur donne par écrit qu'ils  
ont plurius à demander ou exiger à l'avenir de  
Dat. 1380 in vigilia S. Michaelis arch.

Erbsamung / Dinsten / Les  
hannover. Wir gebieten uns  
Litten / und gemeinlich alle  
unserlich by unsern Gnade  
dy gran / unser in unser  
und Gnadefür / troffit  
unserlich / ob by unser by  
Wir geben uns / unser /  
alle unsern Gnade und  
dy und Lidy von Friede  
mit Wiltund die by Friede  
Wiltun zu unsern Wilt  
Lidy by unsern / und by  
La Friederich von Rofenbach  
La Couvent von Farnrodol  
La Johanna von Lantzen  
La Hansich von Lantzen /  
La Hansich von Maltitz /  
La Hansich von Gurgold /  
La Reinhard Rost / Rost /  
unser Gnade und  
unser zu unsern.

Gelesen und gegeben  
auf dem Tische / von dem Wilt  
Conditum est monasterium auct.  
hae existat literae:  
a. Literae Henrici Prioris tot.  
d. d. XXVIII mens. Sept. a.  
S. Elisabeth ante Tarnitz  
fol. 4):

Bruder Heinrich Prior und der  
Kartusenorden bekennen, daß sie  
Johannes des Täufers, und der  
von ihrem Kloster dahin zu versen

leurs usages interuen  
a leurs d'oit & libertez  
5. Pour leur donner  
ter plus haut, & pour  
vostre pouuoir  
presentes lettres  
de sceau ducal.

Glauchow.  
Humburg, notre sceau  
Maurice 26 Sept. 1580

saluatori s. Carthus  
recolit de haupla  
acht ent'houuer  
uonasteri, apri  
dual Pileus, au  
ment de la uouel  
restruction afaire

dimanche Reminisc  
2. graduel & oruener  
46 Martyr unite annu  
re tantouignu  
a presentouua  
e et 2. Tounea vi  
lot pombt un  
ar ecrit qu'il  
eyer al auer d'ay  
haelin arch

Luffenwangen / Kunst / Guts und Grot / oder was man die mit besondern Klugheit mag  
brauchen. Wir gebieten und allen Unseren Erben / Nachkommen / Bischoffen / Pöffen / Ant  
liten / und gemeinlich allen den / die sich Unseren Willen thun und lassen wollen /  
verpflicht by Unseren Gnaden / daß sie by vorgenannten Brüdern Carthusianer Ordens / und  
by gran / weder inwendig noch inwendig in dem Kloster von christlicher Geist  
und Gewissenheit / Freyheit und Rechte nicht einen Wirt finden / oder irren sollen  
wichtig / ob sie Unseren Befehlen wollen vermeiden.

Wir haben auch / eigen / und bestirreten zu den vorgenannten Hofstet / und  
alle anderen Rechte und Artikel / die wir in diesem Briefe geschrieben haben /  
sich und ledig von Fürstlicher Gewalt / also eigen Recht und Gewissenheit ist /  
mit Willen dieses Briefs / davon Wir Unser Fürstlich Siegel setzen mit rechten  
Wissen zu weisem Verstande lassen schreiben.

- Adly von Gernsbach / und sind auf Gernsbach in Elan und Pfalzgrau
- La Friedrich von Pfalzgrau / Graf zu Gernsbach /
- La Conrad von Tarnrode / Graf zu Gernsbach /
- La Johann von Ertzbischoff / Bischof zu Bamberg / unser Bischof /
- La Heinrich von Lüneburg /
- La Heinrich von Wulst /
- La Heinrich von Hagenow /
- La Reinhold Kopp / Bischof /

unser Gnaden mit liebe Gedenken / und vnder gute Lichte gung / das ist  
nach zu schreiben.

Geschrieben und gegeben nach Christi Geburt drigehen hundert sech / dannauf in dem  
achtzigsten Jahr / von dem Wirtzen nach Santa Mauricii Tage. (26 Sept. 1580)

Conditum est monasterium auctoritate apostolica per conventum Erfordensem, de qua re  
haec exstant literae:

a) Literae Henrici Prioris totiusque Conventus domus S. Salvatoris prope Erfordiam  
d. d. XXVIII mens. Sept. a. MCCC LXXX (seruatae sunt eae literae in Reg. domus  
S. Elisabeth ante Iocunde Ordinis Carthus. ex act. publ. dom. Ernst. Vimaricus.  
fol. 4) :

Bruder Heinrich Prior und der ganze Convent des Hauses S. Salvatoris bei Erford vom  
Kartuserorden bekennen, daß sie ein neues Kloster zu Ehren der Heil. Jungfrau Maria, S.  
Johannes des Täufers, und der Heil. Elisabeth, bei Josenach — zu gründen und 6 Personen  
von ihrem Kloster dahin zu verpflanzen beschloffen haben, nachdem der Kardinalpriester Pileus

im Auftrage des Papstes Urban VI seine Einwilligung gegeben.  
Zur Erbauung und Einrichtung des Klosters bewilligen sie folgendes:

1. 84 Schork Grosse für eine Baustatt außerhalb, und einen Hof und ein Haus innerhalb der Stadt;
2. 90 Mark Lot. Silbers auf Sonntag Remissionis zu bezahlen;
3. 2 Kelche, 2 Antyphonarier, 2 Gradualien und Messgewänder;
4. für den Unterhalt der Brüder jährlich 46 Mark jährlichen Zinses, von den Komthuren des Deutschordens in der Balie Thüringen zu entrichten;
5. die Hälfte aller Früchte und Erträge von den Gütern in Grefatonna, welche dem Grafen von Gleichen und dem Ritter Albert von Wertede gehören;
6. das notwendige Hausgeräthe etc.
7. 30 Malter Korn und 12 Malter Malz und 2 Fuder Wein.

Wenn das Kloster keinen Fortgang nehme, behalten sie sich ihr Eigenthum vor.

Es solle in dem Kloster bald ein Prior oder Prior aufgestellt werden, für welchen schriftlich die Versicherung gebe, daß er nichts weiter von ihnen zu verlangen habe.

Es siegelt der Convent.

dat. a. d. Mill. CCC<sup>mo</sup> octogesimo in Vigilia S. Michaelis ante

181, 18 Jan -

litterae Joannis Castoris Prioris et Michaelis monachi domus Horti B. Mariae prope Pragam d. d. XIII<sup>mo</sup> mens. Jan. a. MCCCLXXXI, quas dupli expressam conservavit Paulinus in tractatu, quem scripsit de Comitibus Templimontanis p. 347:

In nomine Domini Amen. Cum ea, quae geruntur in tempore, de facili evanescent cum eodem, et de gestis hominum etiam laudabilibus de facili emergit dubitatio, nisi causa memorum oblivio rerum posteritati aufereatur. Hinc est, quod nos Fratres Johannes Castorum Prior et Michael Monachus, domus Horti B. Mariae prope Pragam, Ordinis Carthusiani, auctoritate nobis commissa per Venerabilem Priorem, Dominum Johannem, Priorem Monasterii de Trisulco S. Bartholomei de Trisulco, ejusdem nostri Ordinis Generalem Visitatorem, plenam habentem Capituli generalis ex Apostolica commissione habentem potestatem, Visitatoris Alamanniae inferioris omnibus et singulis, ad quos praesentes pervenerunt, praesentium tenore publice profiteamur, quod novae plantationis domum Vallis Sanctae Elisabeth prope Henach, per Priorem et Conventum domus S. Salvatoris prope Euphorham diocesis nostri Ordinis, ad eandem, et honorem Dei Omnipotentis, B. Mariae, S. Johannis Baptistae, et B. Elisabeth, omniumque Sanctorum, erectam et instauratam praefati Conventus divisionem, quantum ad sex dumtaxat personarum sustentationem, ad datam novam fundationem dirigendam, una cum earum portionibus, praebendis, annuisque pensionibus, dictas personas convenientes, et specialiter

tot

tot et tantum, prout in literis supra editis et confectis de verbo ad verbum designantur, datae sunt et deputantur. — desunt quaedam — amplioribus quovis modo, ex causis veris et legitimis, Nos ad haec momentibus, ratificavimus, approbavimus, confirmavimus, et dicto nostro Ordini incorporavimus, et praesentibus, auctoritate nostra praedicta, Nobis in hac parte tradita, in Dei nomine ratificamus, approbamus, confirmamus et incorporamus. In cuius quidem confirmationis evidentiam et auctoritatem ampliore sigilli nostri Conventus appensione praesentem literam duximus uniuersalem.

Datum anno Domini MCCC<sup>o</sup> LXXXI<sup>o</sup> feria sexta post octavam corporis Christi.

Eaedem literae inveniuntur in Reg. act. publ. Vimar. fol. VII.

Paulo post vero dissensionis ortae sunt intra Conuentum Erfordensem et Focnacensem, cum hi non omnia se accepisse contenderent, quae Erfordensibus essent danda, illi se dedisse profiterentur. Tandem auctore Hartmanno, Burgravio de Kirchberg, unio inter utrosque est facta, de qua refert Paullinus in Ann. Focnac. pag. 31 et in dissertatione de Comitibus Templimontanis [Burgrafen von Kirchberg] p. 348 haec: „Fuerat dissensio intra Carthusianos nostros et Ephordenses, sed nunc — refert ad a. 1383 — ex utraque parte discussa et fraterna unio facta est. Rigidi erant Ephordenses in suo postulato, et nostri etiam tenaces. At Hartmannus Templimontanus alio citroque clanculum operosus animos ita disposuit, ut postea Visitatores Ordinis Generales ad suavem harmoniam eos reducerent.

Exstant de hac unione literae, quae typis expressae sunt a Paullino de Comit. Templim. p. 348.

83. 13<sup>Mar</sup> Nos Fratres Henricus et Johannes, Domorum Coloniae et Herbypoli Ord. Carthusiani Priores, Provinciae Alemanniae inferioris auctoritate Capituli Generalis Visitatores, notum facimus uniuersis et praecipue personis Ord. Carthus., quod, cum motu quondam inter domos Ephordens. et Focnacens. dissensio pendere, seu dubitatio, dicentibus his, quod illi non ex toto ipsis soluerint, seu fecerint, ratione dimissionis, seu translationis eorum ab ipsis ex literis originalibus eis competentibus. Ab his contraria allegantibus, quod satis dedierint ac fecerint, nec restaret plura. Et hoc a Capitulo Generali ex quadam speciali Clausula cartae cuiusdam anni praesentibus commissum nobis sit discutiendum, convocatis Patribus hinc inde et auditis, discussimus in hunc modum. Videlicet, quod, postquam Ephordenses soluerint, seu fecerint Focnacensibus illa, quae ipsi per quandam petierunt schedulam, quae et ipsi Ephordenses iuxta informationem nostram solvere et facere promiserunt, ex tunc prout ex nunc iidem Focnacenses contenti stabunt. De cetero nunquam mobilis aliqua bona, aut immobilia, ab ipsis Ephordensibus, ratione dimissionis, seu translationis eorum, ullatenus petitura. Quodque ambae partes gratuito laudabant, atque ut filii obedientiae libenter approbabant — eos vinculo caritatis IESV Christi necimus, ut quemadmodum

quemadmodum hactenus ita et semper maneant, licet corpore divisi, spiritu tamen uniti fratres invicem se iuvantes, unanimes, et pro se orantes, ac si in una domo essent stantes. In cuius rei testimonium et robur perpetuum sub magna praesentia significantium, sigilla, quibus communiter uti solemus, una cum sigillis domorum praedictarum sunt appensa.

Et Nos, Fratr. Convent. Prior. et ceteri Conventuales Domus Eghord. praedicta vera esse profitentes, datum iamque per Nos ipsos Ynacens. aliquibus promissimus fideliter dare et facere illa, quae ex scheda petitionis eorum danda restant et agenda, approbantes libenter et laudantes discussionem Patrum nostrorum Visitatorum praedictorum, nec non Vobis faventes in Christo ipsis Ynacens. omnia, quae eis dedimus hactenus et fecimus pro nobis et nostris, ut desideramus libenter oraturi, qua re et Sigillum Domus nostrae, sigillum Patrum nostrorum praesentibus, in signum approbationis et testimonium, per Nos est appensum.

Et nos Fratr. Germanus <sup>†</sup> Prior et ceteri Conventuales Domus S. Elisabeth Ynacens. approbantes libenter et laudantes discussionem Patrum nostrorum Visitatorum, grates referimus in Christo Patribus nostris et Fratribus Eghord. de omnibus bonis per eos — — pro ipsis et suis, quemadmodum et ipsi pro nobis et nostris in vinculo caritatis Jesu Christi unanimes cum eis, sicut Patres, filii et fratres libenter oraturi. Quin tales nihilominus et omnino liberos et solutos proclamantes, ea tunc, quando nobis restantia ex scheda promissa solverint et fecerint, prout ex nunci de omnibus, quae nobis ratione divisionis nostrae, seu translationis ab eis, ullatenus competebant, nihil ulterius unquam petaturi. In signum cuius sigillum Domus nostrae, sigillum Patrum nostrorum, Visitatorum et ipsorum praesentibus per nos est appensum.

Dat. ann. Dom. MCCCXXXIII Sabbato p̄i Urbani intra octavam Sacramenti.  
(1383, die XIII mens. Mai)

Exstant eadem litterae in Reg. aut. publ. tabul. Vimar. — Mon. Carth. Tsem. fol. 12.

Cum monasterium situm esset intra fines parochiales ecclesiae S. Mariae Virginis — tota enim urbs distributa erat in tres parochias, Marianam Georgianam Nicolaitanam — conventus domus S. Elisabeth operam dabat, ut cura parochialis liberaretur. Quod effectum est eodem anno MCCCXXXIII. Litterae, quibus convenit de ea re inter Conventum Carthusianorum et Capitulum Aedis Marianae, typis expressae inveniuntur in Hensing opusc. I, p. 231, not. i.

Cum ea, quae fiunt in tempore, in discursu ejusdem ab hominum memoria labuntur, inde saepius libigiose oriuntur questiones, nisi certitudinis causa eorum oblivio scripti ventalis domus beate Elisabeth prope Tsenath. ordinis Carthusiensis, Moguntinae dyocesis, tenore praesentium publice profiteamur, quod, sicut alias felicis memoriae honorabiles domini, Ludewicus decanus, Johannes scolasticus pro tunc, dum agerent in humanis, una cum aliis

Reg. Tabul. Vimar. exhibent Homannus, quod rectius videtur esse. Vide sequentem unionem inter Convent. am. S. Elisabeth et Capitulum Aed. Marian.

aliis canonicis pro tunc existentibus ecclesie beate Marie Frenacensis concorditer, honorabilibus viris et religiosis, dominis priori et conventui domus Salvatoris prope Esfordiam, dicti nostri ordinis, pro divini cultus augmento, in terminis sue ecclesie parochialis, unam domum seu conventum pro fratribus Carthusiensibus erigendi, construendi et de novo plantandi, extra valvam beate virginis, dum modo illud absque prejudicio sue memorate ecclesie fieri posset, et fieret, mandatum et libertatem, quantum in eis fuit et esse potuit, **fradiderunt**, sic honorabiles viri, dominus Christophorus decanus, Henricus Cantor, scholasticus vacante, Gerlacus de Frankenberg, Bertoldus de Rotenberg, Conradus Schankil, Cristianus de Tambach, Henricus de Hildenshausen, Theodoricus de Komprica, Conradus Tenggenbach et Henricus Teygebach, canonici, totumque capitulum prefate ecclesie beate Marie, cupientes predecessorum suorum vestigiis, maxime in hiis, que salutem anime concernent, fideliter inherere, prefatam concessionem, presentibus nostris Esfordensibus factam, ut premitteatur, nobis ad nostram humilam instantiam amice ratificaverunt. Et quia prefati domini, decanus et capitulum, consideraverunt, quod huiusmodi plantatio absque diote sue ecclesie et plebani pro tempore eam regentis prejudicio fieri non potuit, unde nos tres marcas puri, pro comparando uno furtone perpetuis census in recompensam plebano dicte ecclesie, videlicet domino Conrado de Frankenberg, presenti et consensienti, et suis posteris plebanis prefatam ecclesiam pro tempore regentibus, dando et ministrando, ad predictorum dominorum decani et capituli mandatum et exigenciam, dedimus et ex toto persolvimus, quas quidem marcas idem plebanus percipit, et in usum ecclesie, ut prefatur, convertit. Qua propter prefati domini decanus et capitulum declaraverunt, nos, nostrosque famulos et domesticos, omnes et singulos, nobiscum sine dolo infra septa domus nostre et limites frequenter habitantes, esse liberos perpetuis temporibus ab omni onere et iura parochiali predicte ecclesie sue, ita tamen, quod in omnibus licitis et honestis, potissimum in parendo iudicum mandatis, (salvis privilegiis ordini nostro a sede apostolica indultis) debemus et volumus dicte ecclesie nos sponte conformare. Et etiam omnes et singulos, cuiuscunque condicionis fuerint, qui extra limites et septa domus nostre in aliis domibus nostris habitant, dummodo de professione nostri ordinis non fuerint, volumus ad reddendam iura parochialia, sicut ceteros dicte ecclesie parochiales, obligari. Ut igitur premissa omnia et singula a nobis nostrisque successoribus maneamt inconconvulsa, presentem litteram sigillo conventus nostri duximus roborandam.

Datum a. d. MCCCCLXXX tertio, feria sexta post Martini episcopi.

Confirmantur haecc iis, quae exhibentur in Regest. aut. publ. Vimar. - Monast. Carth. Fren. fol. 13.

Fundatio perfecta paucis annis post confirmata est ab Adolfo archiepiscopo Moguntino. Adnotat eam rem Paullinus in Ann. Fren. p. 93 his verbis: „Quia fratres Carthusienses sub aetiori regula strictiorique disciplina Christi imitatores sive legis observatores credebantur, et per hoc indubitanter sperarat Adolfus Moguntinus, per eosdem in favore caritatis amplioris iram Dei pro totius saeculi reatibus et culpis incessanter debitam complacari, fundationem Carthusiae nostrae libens confirmavit Asthaffenburgi in Vigilia Ascensionis Domini a MCCCCLXXXVI.“

De hoc diplomate referunt Regest. act. publ. Vimar. - Monast. Carthus. Fsenar. - fol. 16:

1386 Mai 30.

Adolf Erzbischof von Mainz des heil. Römischen Reiches in Germanien Erzkanzler bestätigt auf Bitten  
 des Landgrafen Balthasar die von dem Prior und Convent S. Salvatoris bei Esford geführte Gründung  
 eines neuen Karthäuserhauses bei Tsenach und dessen Ausplattung durch den Landgrafen. Er gestattet  
 den Brüdern in den Vorstädten von Tsenach eine Kapelle und Cellen zu errichten, Gottesdienst zu halten,  
 einen Convent zu bilden und andre Gotteswerke zu thun nach den Statuten des Ordens. Dafür sollen sie  
 jährlich einmal, im Leben, wie nach seinem Tode, eine Messe für ihn lesen.

dat. Aschaffenburg in vigilia ascensionis d. a. ejusd. Mill. trecentis. octogesimo sexto.

Orig. Perg. mit anh. Siegel (Schatzkaff.).

Apparet Balthasarum Landgravium eximie monasterio favisse, qui non modo fundari iussit  
 fundatumque donavit, verum etiam tutelae et benevolentiae summi in Germania episcopi  
 commendaverit. Sed plura memoranda sunt eiusdem principis in domum Elisabethanam  
 beneficia. Anno MCCCLXXXV die S. Catharinae donavit conventui sex marcas redditus  
 annui ex oppido Creuzburg, paulo post novem maldros frumenti annui, anno sequenti  
 MCCCLXXXVI Kal. Jul. triginta marcas annui redditus, quem conventui solverent urbes  
 Tsenach Weissensee Creuzburg pro tributo, quod ad illud tempus solvissent principi.

Successores haud aequae favorem suum conferbant in monasteria Fsenacensia. Nec  
 mirum; Balthasar enim ultimus erat landgravius, qui habitabat Fsenaci vel potius in  
 castro Wartburg. Eo mortuo sedes principum ex gente Wettinorum hinc translata est  
 Misnicam et Dresdam; raro principes in Thuringia versabantur. Sed priusquam ad ea  
 transivimus beneficia, quae domus Elisabethana a civibus Fsenacensibus vel ab aliis  
 privatis permulta accepit, duae res praetermittendae non sunt, quae pertinent ad ex-  
 ternum monasterii statum.

Altera est, quod die tertio mensis Septembris a MCCCLXXXVI PP. Amelung et Johannes,  
 Priores domuum Novae Cellae et Herbipolitanae Ord. Carthus., auctoribus Priore et Capitu-  
 lulo Generali territorium domus S. Elisabethae ita diffinitabant, ut postea permansit —  
 cf. Regest. act. publ. Vimar. - Monast. Carth. Fsen. - fol. 22. —, quae diffinitio anno sequenti  
 a Johanne Priore et ceteris diffinitoribus Capituli Generalis constituta est eo additamento  
 facto, ut circuitus, intra quem conventui S. Elisabethae liceret fundos vel redditus  
 adquirere per procuratores, ab sex milibus, quae diffinitores constituerant antea,  
 augetetur ad decem milia — cf. Regest. Vimar. fol. 25. —, unde factum est, ut per  
 multos fundos ac redditus acciperet domus S. Elisabethae ex longinquis regionibus,  
 de quibus infra paulo accuratius est agendum.

Ad alterum transeamus. Prior illa sedes, quam Carthusiani sub monte S. Elisabethae  
 ante portam Marianam vel B. Virginis — das Frauenthor, quae meridionalis porta  
 est urbis — anno MCCCLXXVIII condiderant, anno MCCCLXXXVII ingenti inun-  
 datione deleta est, de qua annalistae complures referunt. Paulin. ann. Tsen. p. 103.

1392 magna inundatio in festo Pentecostes. Aquae in Carthusia ad altitudinem sta-

turae

terae viridis excreverant, quae partem moeniorum caedesque non paucas in platea cerdo-  
num — i. e. in der Löbursgasse [quae ad eundem rivum Krümmelbach paulo infra sita  
est], dejecere, magno Carthusianis illato damno.

cf. Monath. Pirn. loco supra laud. — Toppius Historia von der Stadt Eisenach p. 21. — Ursin. Chron.  
Thür. p. 1384 (Meniken III). — Joh. Rothe Dir. Chron. p. 673 (Lilienr.).

Quae aedificia fuit extructa sunt, haud dubie permanserunt usque ad annum MDXXV,  
quo conventuales eiecti sunt. Cum ergastulum, quod nostro tempore eo est loco, in fun-  
damentis monasterii sit erectum, operae pretium videtur esse hoc loco de aedibus pauca  
adferre, ad quae conferas tabulam, quam a me delineatam addidi. Mensurae sunt  
hodiernae metrorum.

Totius coenobii figura erat quadrata <sup>circa</sup> sexaginta sex metrorum in longitudinem, quadra-  
ginta quatuor in latitudinem. Ab occidentali parte rivus Krümmelbach muros lu-  
ebat, ab meridionali et orientali hortus cingebat, a septentrionali parte aditus erat  
ex urbe. In medio coenobio ~~causa~~ <sup>causa</sup> ~~erat~~ <sup>erat</sup> quinquaginta fere metrorum in longitudinem,  
viginti in latitudinem. Ad orientem versus ascendit locus in montem S. Elisabeth,  
qui hodie mons Carthusianorum vocatur. Eius in declivio multo labore planities  
est effecta sexaginta fere metrorum, in qua aedificabatur ecclesia. Eam cingebat  
cimiterium. Ecclesia anno MDXXV deleta est; eo, quo olim erat, loco nunc est  
domus hortulani ducalis — die Hofgärtneri —, nam parva ecclesia, quae nunc  
post ergastulum conspicitur, ante hos modo triginta annos est extructa.

Cimiterium autem videtur non modo conventualium sepulcra continuisse, sed  
etiam aliorum, si non laicorum, at tamen clericorum. Id quidem, quod unum  
restat sepulcrum, non est monachi cuiusdam Carthusianensis, sed Thaurii Aedis  
Marianae, Guntheri de Smigra, qui a MCCCCLXVIII mortuus est die X. men-  
sis Maii. Is utrum suprema vitae aetate in monasterium Carthusianorum se  
repperit an alia de causa locum quietis ibi obtinuerit, non patet. Certe, iuxta  
aedem Marianam cimiterium parochiale fuit; ipse ante hos decem annos multa  
ossa vidi exhumata, cum aquarum publicarum causa ibi terra effoderetur.

Sed redeamus ad rem. Post ecclesiam usque ad summum collem montis  
fastigia consita erant lupo et vineis, quorum hortulorum vestigia etiam nunc  
coestant. Totum territorium, quod supra est positum, abhinc septuaginta  
quinque annis hortus est ducalis — der Großhögagliche Karthausgarten —  
multa cum diligentia cultus.

Supra memoratum est Balthasarum Landgravium, cuius studio ac pietate  
domus S. Elisabeth erat condita, quoad vivebat, semper ei coenobio fuisse  
multaque ei beneficia attribuisse. Quem qua de causa successores eius  
minus sint imitati, antea adnotavimus. Neque vero domus nostra carebat  
fautoribus; multifaria <sup>et</sup> beneficia cuiusvis generis, agri, silvae, horti,  
vineae

vineae, annui reditus argenti, anserum, gallorum, piscium etc. omni tempore ab laicis sunt tributa, quae enumerare longum est. Satis est commemorasse inter acta publica Vimariensia et Coburgensia, quae perustrare mihi licebat, multo maiorem partem ad tales res pertinere.

Præter eos fundos, qui prope monasterium ipsum erant siti, maxime memoria digni sunt fundi Lupnicenses, de quibus paulo infra plura mihi erunt dicenda; præterea non præteritimus permultas possessiones domus S. Elisabethæ fuisse in regionibus Esfordiæ urbi vicinis, præsertim in vicis Hoshheim, qui ante ipsas Metropolis illius portas situs est, porro passim per valem Unstrut fluminis in vicis Baldesbød Webustedt Kirch. heilingen aliis non pauca territoria potuisse, quae vel possideret nostra domus, vel unde reditus eo confluerent. Non tacendum est deinde, et ius piscandi in Horsula atque Nessa fluminibus, quae ad Frenacum urbem conflunt, usque ad eum locum, quo Horsula in Weriam influit, Patribus Carthusianis Frenacensibus fuisse proprium, memoria prodendum denique, civis Frenacenses, quorum erga ecclesiam pietatem ac studium omnes chronicorum auctores summis laudibus tollunt, domus S. Elisabethæ præ aliis monasteriis favisse et benefecisse; sed brevi attingamus eam, quem supra commemoravi, rem, fundos Lupnicenses. Donavit anno domini MXIV B. Henricus II, Imperator romanus, die XXX mensis Decembris prædia sua et villam in pago Lupenze ad Nessam sita conventui Fuldensi — Regest. act. publ. Vimar. — Monast. Carth. Fren. fol. 57. — Chronicon parochiale Lupnicense, quod benevolentia curati, Rev. D. Fred. Rinck, manibus tenes, fol. 97. — Patiebant ea prædia in occidentem versus ad portas fere oppidi Frenaci, ad septentrionem versus ad saltum, qui Hainich dicitur, meridionales fines montes Horsulani sunt fabulis famosi, agris uberrimis atque fertilissimis. Haec prædia a. d. MCCCCXIV vendiderunt abbas et capitulum Fuldenses Priori H. [nomen non est plane scriptum] et conventui domus S. Elisabethæ Frenacensis ordinis Carthusianorum pretio mille florenorum — cf. literas emptionis in Regest. act. publ. — Mon. Carth. Fren. fol. 34; confirmationem Frederici Landgravi de dato 18 April. eiusdem anni ibidem fol. 32. — Paulo post vero, anno MCCCCXIX,obiles de Ciffa, qui in vicis propinquis Friedrichs-worth seclabant, ea prædia sua esse contenderunt fiducia iure feudali. Lites inde diuturna est orta; quamquam enim iam eodem anno MCCCCXIX Fredericus Landgravius rem ita diiudicaverat, ut Carthusianorum essent prædia, si facti probare possent, se ea a Fuldensibus emisse, Fuldenses, sibi donata esse ab Henrico Imperatore — cf. Regest. Vimar. fol. 58 —, tamen anno MCCCCXXIII iterum in iudicio nobilium Thuringorum a Landgravo convocato, cui præerat Fredericus de Hopffgarten, cancellarius Landgravi, iterum Conventui domus S. Elisabethæ ea prædia solemniter sunt adiudicata. — cf. Regest. Vimar. fol. 69. 70. — Neque tunc

tunt quidem acquieverunt nobiles de Effa; anno M<sup>CC</sup>CC<sup>L</sup>XI iterum de ea re in iudicio certatur — cf. Regest. Vimar fol. 80 —, et tandem a MDIV transactio inter Conventum domus S. Elis. et nobiles de Effa facta est — cf. Paull. Ann. Jen. p. 126 — accidentibus Sonoribus Cenobii Nicolaitani Jenacensis, quae eadem in illa regione possessiones habebant. Quid eo anno sit constitutum, non patet; duobus decenniis post Fredericus Elector, quem Sapientem vocant, omnia bona ecclesiastica publicavit. Praedia maiora aut vendita aut fiduciaria ut essent edita sunt, minora, quae propius ad oppidum sita erant, fisco electorali sunt addicta.

Exstat ratiocinatio sequestratorum die Walpurgis a MDXXXII edita,\* quae has exhibet reliquias possessionum pristinorum monasterii Carthusianorum Jenacensis:

Agnos:	82 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>	iugera Erfordensia	=	23, 5 ha
Prata:	36 <sup>1</sup> / <sub>4</sub>	" "	=	10, 33 "
Vineas:	22	" "	=	6, 5 "
Hortos lupi:	8	" "	=	2, 25 "
Silvas:	604	" "	=	172 "

Constat tamen, id quod iam dixi, has reliquias modo esse. Nam praeterquam quod in enumeratione, quae adiecta est, non reperiuntur fundi Lupincenses Landstritenses alii, id inde coniciendum est, quod nostris diebus complura loca silvestria, quae Jenaco novem fere milibus passuum [= 6 km] absunt in saltu Thuringico sita, montes vel silvae Carthusianorum nominantur, quorum spatium duplo vel triplo fere maius est, quam illud, quod supra adnotatum invenimus.

Quae de aliis redditibus in illa ratiocinatione adferuntur, haec sunt:

Triticum:	26 maldri	3 quartarii	3 semodi	=	191, 8 hl.
Secalis:	58 "	1 "	2 "	=	416, 7 "
Hordei:	50 "	3 "	— "	=	359, 6 "
Avenae:	52 "	1 "	7 "	=	372, 5 "
Lupi:	2 "	— "	— "	=	14, 3 "

Summa: 1454, 9 hl. frumenti.

Haec frumenta vectigalis sub decumae nomine thesauro ducali soluta sunt usque ad nostra tempora neque prius quam anno huius saeculi illi sunt abolita. Grana vero per multos annos in aedificiis ipsis monasterii adstruebantur, donec anno MDCLXXXIV Georgius altus, dux Jenacensis, digniori usui eorum mandavit: vectis enim eam in orphanotrophium.

Pecuniae, quae in Carthusiam redibant, satis magnae fuisse videntur, si spectamus ea, quae secundum actorum publicorum memoriam tradita sunt monasterio testamentis, fidei commissionibus, elemosynis etc. Tamen mirandum haudquaquam est, quod ii ipsi redditus in ratiocinatione illa, ex qua haurimus, minimi sunt: vectigales enim vel

\* cf. Zeitschrift für Thür. Gesch. u. Alterthumsk. V, p. 68. — Stortz, Chronik v. Eisenach p. 73.

vel officio celerrime sese subtraxerant, postquam clausa sunt monasteria, vel a fisco-  
libus officariis coacti erant ea, quae adhuc monasterio tribuerant, thesauro ducali  
solvere nulla ratione habita sequestratorum, quibus sola commissa erant praedia  
administranda. Summa pecuniae Carthusiae relictas ex schedulis illis nummis  
expressa est 210 Solsite 22 Groschen = ca 1600 marcarum germanicarum nostri  
temporis = 2000 fr.

Tam postquam de bonis fortunisque domus S<sup>ae</sup> Elisabethae egimus, transamus ad  
res ecclesiasticas.

Ordinem Carthusianorum favore superiorum atque sedis apostolicae omnibus temporibus in primis vovum  
esse, inter omnes constat; quid mirum, quod huic quoque sedi ordinis quamvis parvulae splendor  
favoris patrum elucescebat. Notum est breve illud Innocentii VI Papae d. d. II Nov. Februarii  
a. MCCCCLVI Avenione perscriptum, quo archiepiscopo diocesis Moguntinae cum aliis episcopis  
et decanis praecipue mandatur, ut sedes Carthusianorum praeter quemvis clericum vel laicum  
defendant atque tueantur. — cf. Regest. Vimar. fol. 2. — Hoc editum denuo in memoriam revocavit  
paulo post, quam condita est domus S. Elisabethe, Adolphus, archiepiscopus Moguntinus,  
decreto die XII mens. April. a. MCCCCLXXXIV edito inprimis decanis aedium S. Severi Erfordensis  
et S. Mariae Tsenacensis coenobium nuper conditum commendans — cf. Regest. Vimar. fol. 14. —  
Idem breve apostolicum 15 annis post iterum publicatur a Theodorico episcopo Moguntino  
die VI mens. Maii a. d. MCCCCXXXV, cuius publicati apographum per Joannem notarium  
auctoritate publica auctum Johanni Ulrico Priori ac Conventui domus S. Elisabethe Hal.  
Tub. eiusdem anni traditum est a decano aedis Marianae — cf. Regest. Vimar. fol. 12 et 13.  
Praeterea Priori Generali omnibusque fratribus ordinis Carthusianorum libertas data est, quae  
liberati sunt ab omnibus tributis vel vectigalibus legatis vel mentis sedis apostolicae  
praebendis brevi Urbani VI Papae Romae die XV mens. April. a. d. MCCCCLXXXI edito.  
— Reg. Vimar. fol. 8. —

Uniones factas (esse) inter Carthusianos Tsenacenses et alios conventus de communitate  
operum spiritualium paucas reperiri; tres sunt, quae offendi: prima cum fratribus Eremitis  
S. Augustini Herbipolitanis d. d. XIV mens. Maii anni MCCCCLXXXI — Reg. Vim. fol. 26 —  
altera cum conventu Reinardsbornensi de eodem anno — Reg. Vim. fol. 27 —, quae anno  
sequenti iteratur — Reg. Vim. fol. 28 —, tertia cum conventu monasterii alicuius ignoti  
de die XXVI mens. Augusti a. MCCCCXXV — Reg. Vim. fol. 60. — De aliis nullo loco  
ulla fit mentio.

Priores domus S. Elisabethe, quorum nomina in actis publicis inveniuntur, quae equeidem  
perlegi, hi sunt:

1. Hermannus de Wolfhagen, primus monasterii rector, qui bis in Regestis Vimar. nomi-  
natur — fol. 12. et 13 — semel a Paulino commemoratur in Ann. Tsen. p. 92. Quem  
idem l. l. nominat Germanum, idem Hermannus videtur esse. Rev. ille Johannes Castor  
seu Castorum, quem monasterium initiavisse supra demonstravimus, ipse Prior domus S.  
Elisabethe fuisse non videtur, sed visitator provinciae Alamanniae inferioris, qui modo iussu  
superiorum et auctoritate aedem dedicavit atque consecravit.



Ex fratribus conventus Carthusianorum Tsenacensis, si Michaellem illum monachum emittimus, qui comes Johannis Prioris ex orto B. Mariae Paga Tsenacum migravit primis temporibus coenobii, quatuor sunt, quorum nomina memoriae traduntur:

1. Joannes de Gottern, qui circa annum MCCCCXX vota fecerat in aede nostra, tempore aliquo praetermisso vehementer animo commotus est, cum frater quidam ei persuasisset, rite eum baptizatum esse. Recusabat officia ministerii, cum intueret, ne graviter peccaret, si ministerio fungeretur, qui non vere esset Christianus. Res perlata est ad Conradum archiepiscopum Maguntinum. Cui Conrado Tunzback, decano aedis Marianae Tsenacensis, mandavit, ut rem inquireret. Is re cognita tale iudicium fecit, cum pateret Johannem subito baptismo ab obstetore baptizatum esse, se non eum baptizare, si is baptizatus verus esset, sin esset baptizatus non verus, baptizare se eum nomine Sanctissimi Patris ac Filii et Spiritus. — Continetur haec res in Reg. Vim. foll. 66 et 67 de anno MCCCCXXVII.
2. Alter est P. Cyprianus, cuius mentionem facit Kothius in chron. Tsen. mscr. fol. 90<sup>b</sup>, tradens eum praedicantem animos audientium vehementissime commovisse, et adeo commovisse, ut etiam animabae avesque ad portas apertas ecclesiae se colligerent cupidine eius audiendi accensa. Cum vero quondam passeres meditantem frutimando turbarent, eum anathemate ex vicinitate monasterii hos pepulisse. Non mirum, quod theologus Lutheranus saec. XVIII hoc ridiculum existimat; equidem memini similia exempla sanctitatis ex compluribus monasteriis narrari me audire, quae exemplo sunt, quanta fides fuerit temporum priorum. — Kothius de eam historiam hausisse dicit ex „Relationibus mirabilibus“ Gerhardi Atrii, Prioris Monasterii S. Johannis prope Tsenarum, libro nunc percolato.
3. Tertius est Michael Faerber, qui commemoratur in „parva chronica monasterii S. Petri in Monte Crucis ad Werram“ a Paullino edita una cum Ann. Tsen. — pag. 293 sq. — Auctor illius chronici, Johannes Craemer, Cruciburgensis, narrat: „a. d. MDXXII (1512) Michael Faerber de Cruthusen\* professionem fecit in Carthusia apud Tsenate, multorum librorum auctor, quibus mutatum nomen suum praescripsit. Dicunt delatos eos esse in Euphura ad Carthusiam ibidem. Ego Johannes Craemer aliquos vidi et parumper legi, et omnia mihi placuerunt in eis. Dolor sane, quod huiusmodi scripta docte elaborata non studiosius conserventur in monasteriis“.
4. Ultimus est Johannes Plunder, qui in ordine F. Hieronymus appellabatur. Eum commemorat Paullinus in Ann. p. 136 his verbis: „MDXXIII prodit Johannis Plunderi epistola Carthusiani, in qua rationem reddit desertae suae religionis Priori et Visitatori Norimbergensi.“ Non disertis verbis dicit Paullinus, Hieronymum incolam fuisse domus S. Elisabeth, sed eum fuisse inde elucet, quod paullo ~~post~~ ante haec verba exstant: „Reperibat Lutherus fidos et invidos Tsenari; hi omnes fere clerici et monachi erant.“ Tum Albertum Krantium nominat, deinde Franciscum Lambertum, porro Jacobum Straupium, omnes Tsenacenses; quos cum sequatur Hieronymi nomen, non errabimus, si coniciamus eum Carthusianum Tsenacensem fuisse. Ac profecto eo minus dubitamus

\* In vicus situs est inter Tsenarum et Cruciburgum.

mus, quin fuerit, cum sciamus iam ante Lutherum inter clericos Jenacenses haud paucos existisse, qui parum consentirent cum fide antiqua ecclesiae, quorum in numero Johannes ille Hiltenius nominandus est ex coenobio Jenacensi Franciscanorum, qui ob haeresiam iam exeunte saeculo XV carcere sempiterno periit. Adde, quod magna pars eorum, qui Lutherum studiosissime sunt secuti, ex monasteriis evaserat.

Sed haec haec. Restat, ut de ultimis monasteriis temporibus paucis absolvamus. Postquam vere anni MDXXV seditio illa rusticorum, quae iam Suebiae et Francia regiones anno praecedente vastaverat, in Thuringia quoque exarsit, catervae rebellantium Jenacum invaserunt populatque sunt imprimis ecclesias et monasteria. Aedes Mariana, quae pulchritudine et amplitudine praecelam ecclesiam cathedralem Efordensem aequabat, prorsus devastata ac deleta est, aede Georgiana seditiosi stabulo utebantur, in platea Franciscanorum excubabant ignes libri bibliothecarum, quos ex monasteriis apportabant, alentes. Tandem Dominica Misericord. Dom. iussu senatus omnes clerici et religiosae conveniunt ad monasterium Franciscanorum, unde longo agmine comitantibus militibus stipendiariis per portam Nicolaitanam ex urbe sunt educti. (Mon. Pion. p. 1551 Notit. II.)<sup>\*</sup> Paulo post quatuor ad urbem Franckenhausen proelio victis omnia bona ecclesiastica sunt publicata. Quae de domo S. Elisabethae facta sunt, iam attigimus. Postquam per annos CLX granario fuit, anno MDCLXXXIV a Georgio I in orphanotrophium est conversa, inde anno nostri saeculi XIX mutata educationis ratione orphanorum ergastulum eo translatum est, quod adhuc nostris diebus est in iisdem moenibus.